

W. a. 1531.

Doctori Martino Luthero Leonardo Muff.

67/

Gratiam et pacem in Christo, Venerande Domine, Doctor.
 Versatur inter nos questio, quid Christiano agendum sit
 in extrema infirmitate de sumptione panis Domini,
 an illi licitum sit pro se, vel sua familia papistas advo-
 care, qui illi coenam Domini communicent, abq; ofen-
 diculo sacri Christi Evangelici instituti. Aliqui nostram
 contendunt, quod non liceat, nisi Christum negare velit.
 alii contra asserunt, quod licitum sit, modo infirmus
 iuxta Christi institutum à suo visitatore, erigat. Et
 cum piorum conscientias multum adinet habere testi-
 monia illorum, qui rite ad predicationem verbi
 Dei vocati sunt. Oratum te facimus in Christi visceribus,
 ut quid nobis in hac re, agendum sit, paucis
 significare velis. Consequitur antehac secreta
 celebrare conventicula et sic coenam Domini
 celebrare, sed compertum est, parvum inde sequi fru-
 ctum, et multa pericula et offendiculas etiam inter
 Christi Evangelio addictos, quod ad totam Christi Ecle-
 siam pertinet predicatorum elivere, qui etiam malos
 admixtos habet: impium esset et monachorum facto
 propinuum aliquos nisi aliquod ob crimen ejectos,
 excludere, et non nisi quibus favemus aut quos novi-
 mus, admittere. Sic factum est ut solum Christi sibi-
 bundos ad studium Evangelii hortemur, et quantum
 erigant tanquam in mutuo colloquio edificemus.
 Inde factum est, ut hae questio inter nos versetur,
 quam omnino à te precamur nobis aperiri. Orabimur
 pro nostra fides mensura, ut Evangelium à vobis
 predicatum in dies crescat et latius propagetur ad
 Christi gloriam. Orate etiam vos ipsi vicissim pro
 nobis, ut Dominus in nobis perficiat, quod suo
 oratuit

gratis munere incepit. Datus Antwerpia. Die
Martij ante exaltationem crucis, anno Domini 1531.

Incepit Papiste mirum in modum in Evangelicis seruire
Cum Caesar ab Augusta ad nos veniret, ita ut aliquot
igne et gladio in Flandria et Hannonia consum-
perint circa pascha, sed omnia nunc silent et
tranquilla sunt, excepta vulgi contra Evangelium
obmurmuratione.

Inscriptio.
Invicto Christiano oratio Predicatori
D. Martino Luthero, Ecclesiae Witten-
bergensi.

68.

In. Nicolao Kniebisio Theobaldus Nigri

Pax et Gaudium per Jesum Christum.
Magnifice vir, quod me nuper tuis literis dignatus es,
quanti aestimem nullis verbis eloqui possum, mirifice
certe me delectarunt, hinc spem et animum nactus
iterum t. m. scribere, et quid aut qua ratione rem
Augustae agatur indicare; vocaveram superioribus die-
bus uxorem meam, quam tamen socer meus timore
expensarum optimo consilio retinuit, nepe n. novit
divitias meas et quanti alieno ore gravat, vereda-
tur ne debito profundius immergerer. Sed cum parrochi
S. Hadalrici restituisset, curarunt ex illis quidam boni
integerrimi viri una cum prefectis Ecclesie suis sum-
ptibus uxorem meam ad advehere, rogantes a Magistra-
tu currum Augusteum et equos, quibus obtentis insta-
bant apud me pro consensu, ut vocaretur, quibus
sancto lubentius assensu, cum sic cure domus me vide-
rem expediri. Non n. decet me ministrare, mensis, factis
superius